



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Petrus Damiani. 22. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

tamina esse non possint: Habet enim & pax nostra  
Martyres suos: Nam iracundiam mitigare, libidi-  
dinem fugere, iustitiam custodire, avaritiam con-  
temnere, superbiam humiliare, pars magna Marty-  
rij est. S. Aug. serm. 250. de Temp.

## S. PETRVS DAMIANI. 22. Februarij.

**D**Vbites magisne primò fortuna PETRVM , an  
PETRVS deinde fortunam fugerit. Infans fa-  
me sitiique periisset, nisi ubera, quæ mater dicam  
an noverca ? morituro negaverat, aliena nutrix  
præbuisset. A fratre natu maximo porcis pas-  
cendis præfetus cum nummum reperisset argenteum,  
cogitanti in quas potius illecebras eum expende-  
ret , sanctior cogitatio persuasit Sacerdoti dare  
sacra facturo. A Damiano denique fratre , cuius  
velut patroni nomen posteà tulit , literis admotus,  
eas primò celeriter didicit, mox etiam applauden-  
te Italiam docuit ; sed memor injuriarum , quibus  
mundus eum exercuerat, blandientem jam & ipse  
aversatus, inter summos honores , corpus cœpit  
duriter habere, æstum libidinis rigidibus aque  
mergere , sub veste splendidâ cilicium occultaris;  
denique inter Anachoretas se abdere, ibique è dis-  
cipulo magister sanctioris vitæ miraculis corus-  
care. Tantam virtutem Pontifex purpurâ orna-  
vit; quam cum nemo unquam digniùs , & majore  
Ecclesiæ bono tulisset , anno M. LXXII. cum vitâ  
posuit ; vele solo nomine , quod Officium Ho-  
rarium D. Virginis sacrum in memoriam & usum  
pristinum revocavit , omnibus Sodalibus memo-  
randus , ex cuius divinissimis scriptis , vel hos  
versiculos, quos suo tumulo inscripsit, recoluisse ope-  
rà pretium sit;

Vive

Feb.  
ostra  
bidi-  
con-  
arty

22. Feb. VITÆ SANCTORVM. 103

Vive memor mortis, quod semper vivere possis:

Quidquid adest, transit; quod manet, ecce venit.  
Quam benè providit, qui te male munde reliquit,

Mente priùs carni, quam tibi carne mori.

Ex Surio & Baron.

Ei, qui omnia elargitus est, universas opes dato;  
nunquam Dei liberalitatem vinces, quamvis om-  
nium tuarum facultatum jacturam feceris, quam-  
vis te etiam facultatibus adjunxeris; Nam hoc  
quogue ipsum accipere est, Deo aliquid donare. S.  
Nazianzen. Orat. de amor. pauperum.

### S. MARGARITA POENITENS.

22. Februarij.

**M**ARGARITAM hanc in Perusino agro inve-  
nimus: nitorem ejus in juventa Amor tur-  
pis extinxit, restituit deinde D. Francisci discipli-  
na. Viro nobili olim, immo Veneri serviebat. Is do-  
mo quandoque abijt, cane comite. Haec post dies  
non multos lacinia prehensam MARGARITAM ad  
struem lignorum deduxit, oculis, latratuque ro-  
gare visa, ut ligna amoveret. Amovet, Dominum  
agnoscit; sed jam mortis larvam. Enim verò ex-  
horruit, & in alieno vultu suum contemplata, for-  
mam, mundum, & ante omnia vitam priorem la-  
crimis damnat. Et ablucrunt haec brevi latentem  
in coeno MARGARITAM; vitæ rigor velut scalpel-  
lum pulcherrimam reddidit, ut jam prodigijs  
splenderet. Et primò, ne VIRGINIS immemorem  
putes vixisse, id precibus exoravit, ut dolores,  
quos stans illa pone crux pertulerat, etiam ipsa  
persentisceret. Sensit, & sub horam tertiam inter  
manus multorum collapsa, inde horâ nonâ mo-

E 4

rien i